



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

5 An in administratione Sacramentorum liceat vti opinione probabili, & in
re minus tuta relicta probabiliori, & tutiori, vel omnino certa?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

Anon. Petez *suprà*, nec veniale agnoscit, si suam opinionem Confessarius longè probabiliorum reputet: habet enim (inquit) causam suspendendi absolutionem, scilicet, vt vires sua opinio accipiat. Excipit eam, in quo penitens ex precepto Ecclesie communicare tenetur: tunc, inquam, graue onus penitenti imponitur ex denegata absolutione, cum ritè dispositus accedat. Svat. solum dicit esse grauem obligationem, non tamen semper sub mortali. Conuincit Thom. Sanch. dicens ex paritate materiae veniale esse negare absolutionem, vt si confessio esset ita breuis, aut de leuis venialibus facta; quia tunc non videtur graue onus penitenti imponi, alium confessorem aduocandi. Ioan. Sanch. *disp. 33. n. 54. sine dicit esse mortale, si sit de mortalibus confessio: vnde tacite innuit esse veniale, si de venialibus esset facta.*

6 Ego vetò in hac opinionum varietate existimo probabilis semper esse peccatum mortale negare absolutionem penitenti, quem credis esse ritè dispositum, si ipse in tali negatione non confectat, siue confessio sit de mortalibus, siue de venialibus facta. Et de mortalibus videtur clarum: nam obligare penitentem ad iterum confitendum peccata grauia, habendumque dolorem, est graue onus. De peccatis autem venialibus sic probò. Nam negando absolutionem prius penitentem magno beneficio sacramenti, ad quod habes ius. Ergo peccas grauius. Quòd autem huiusmodi priuationem ipse possit facere reparare, eadem peccata venialia iterum confitendo, non te excusat à peccato, cum hæc reparatio per accidens sit: sicuti non te excusat à graui iniustitia, si dignum aliquo beneficio Ecclesiastico, illo priuare, sciens facillimo negotio aliud æquè bonum posse consequi: quia ad grauitatem culpæ non debet attendi, an possit damnificatus dampnum reparare: sufficit si dampnum factum graue sit. Quòd autem priuatio absolutionis, & fructus sacramenti in confessione venialium graue dampnum sit, & grauis materia, sic probò. Quia si ex voto reuerteris confessionem venialium efficere, & omittetes, absque dubio grauius peccas. Ergo signum est esse materiam grauem, obligare penitentem, vel carere fructu ipsius confessionis vel illam iterum efficere.

7 Ex his infero à fortiori penitentem bona fide existimantem, contractum aliquem sibi licere, quiq; verè licitus est ex aliorum opinione probabilis, esto Confessarius tali opinioni non assentiat, esse necessario absoluedum, quia accedit ritè dispositus: sic tradit Villalob. *l. 1. sum. tr. 1. diff. 12. n. 2.* & tenentur omnes supradicti Doctores consentire. At si penitens existimet ex ignorantia contractum illum licitum, illicite esset Confessarius penitentem monere licitum esse secundum aliorum opinionem, vt sic à periculo peccandi penitentem remoueat, sic ex Salon. *2. 2. quæst. 62. a 2. controu. 4. paulo ante solum argum. docet Th. Sanch. lib. 1. de Decal. c. 9. n. 31.* Quòd si ille contractus omnino est illicitus, debet Confessarius penitentem monere, & si ab illo desistere non vult, in absolutum remittere, vt potè indispotum: sic tradit Barthol. Ledesim. *in sua sum. tr. de iur. penit. diff. 14.* Villalobos *suprà* n. 4.

PUNCTVM V.

An in administratione Sacramentorum liceat vti opinione probabilis, & in re minus tuta, relicta probabiliori, & tutiori vel omnino certa.

- 1 Quando pro vtraque parte est opinio probabilis de licito vsu, potes cuiuslibet te conformare. Quæstio procedit quando ex vna parte est opinio valere sacramentum, ex alia est certus eius valor.
- 2 Sacramentum inualidum esse potest ex defectu materia, vel formæ à Christo instituta, vel ex defectu iurisdictionis ab Ecclesia non concessa.
- 3 Proponitur prima sententia negans licere vti opinione probabilis, relicta probabiliori, vel certa de valore sacramenti: & quibus probetur.
- 4 Apponitur supradicta sententia limitatio, vt non procedat in casu grauis necessitatis.
- 5 Secunda sententia vt probabilior defenditur licitum esse vti opinione probabilis, relicta probabiliori, vel certa in administratione Sacramentorum, nisi ab Ecclesia per consuetudinem, vel speciale præceptum prohiberetur sit.
- 6 Explicatur doctrina. & casus, in quibus apparet Ecclesiam fecisse prohibitionem.
- 7 Non licet ministrare Baptismum sub nomine genitoris, & cetera nisi baptizatus consentiat.
- 8 Apponitur quadam limitatio, sed necessaria non videtur.
- 9 Probat non esse necessarium sacerdoti monere suscipientem sacramentum se vti opinione probabilis in eius administratione.
- 10 Satisfit argum. num. 5, adductis.

1 P R o intelligentiâ huius quæstionis aduerto primò non esse quæstionem, quando pro vtraque parte esset opi-

nio probabilis, an licere fiat: tunc enim ex supradictis manifestè constat cuiuslibet licere eligere quam maluerit, neque se periculo morali errandi exponit, contingit in casu contouersio, an mortuo exhibenti solum signa contritionis danda sit absolutio; aliis negantibus, aliis rectius affirmantibus. Sed quæstio est, quando ex vna parte est opinio de valore sacramenti, ex alia parte non est opinio, sed certitudo valere, v.g. est opinio validum esse Baptismum ministratum sub forma genitoris, geniti; & procedentis ab vtroque. At est omnino certum valere, si ministraretur sub nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. Item est opinio valide consecrari in typho, vulgo *zentino*: at in paritricio est omnino certum, Matrimonium valere, si contrahatur coram parochio contrahentium, & in propria parochia, admittunt omnes. At si ipse in aliena parochia assistit, opinio est non valere. Confessio facta simplici Sacerdoti absente proprio in articulo mortis, nemini est dubium valere; at si præsens sit proprius Sacerdos, opinio est: aliq; innumera exempla adduci possent. Difficultas autem est an tunc liceat vti opinione probabilis, relicta certa, & secuta.

1 Aduerto secundò, inualidum posse reddi sacramentum vel ex defectu materia, & formæ à Christo Domino instituta, quem defectum ipsa Ecclesia supplere non potest, vel ex defectu iurisdictionis ab Ecclesia non concessa, qualiter irritatur sacramentum matrimonij celebratum coram Sacerdote, qui non sit parochus contrahentium, & sacramentum penitentis si ministratur à Sacerdote, habente potestatem ordinis, & non iurisdictionis in penitentem. His ergo positis.

3 Prima sententia negat, siue inualidum sit sacramentum ex defectu alicuius à Christo Domino requisiti, vel ex defectu alicuius requisiti ab Ecclesia, licere vti opinione probabilis, relicta certa, & secuta in eius administratione. Ita Franciscus Suarez *3. tom. in 3. part. disput. 16. sect. 2. & disput. 21. sect. 4. ad finem. & disput. 4. sect. 1. in fine, & disput. 60. sect. in fine, & tom. 4. disput. 26. sect. 6. num. 5.* Henriquez *1. tom. lib. 1. de sacrament. cap. 9. num. 15.* Bartholom. de Ledesim. *de sacrament. in genere, dub. 5. conclus. 4.* Petrus de Soto *lib. 1. de instit. sacerdot. lect. 2. de Euchar. Valentia 3. part. disp. 16. quæst. 2. punct. 12. tract. 8. disput. vnic. sect. 5. num. 86.* & alij. Mouentur primò, quia facit irreuerentiam sacramento, cum sine vrgenti causa te exponis periculo illud irritum faciendi, quòd periculum non adest, cum vteris opinione probabilis circa aliquod præceptum: quia tunc non te exponis periculo illud violandi formaliter, etiam si in re vioues: at si in vsu sacramenti tutam, & certam sententiam de eorum valore relinquis, & probabilis tantum vteris, periculo te exponis irritum efficiendi sacramentum: quam irritationem ex probabilis opinione non poteris euitare, sicut potes euitare malitiam. Et confirmo. Si debens certum aureos solueres creditoribus in moneta dubia, nullo modo satisfaceres; quia debito certo non potest fieri satis solutio dubia: at constitutus minister sacramentorum debet Ecclesie illa integrè ministrare, cum ad hunc finem ab Ecclesia sit constitutus. Ergo non satisfacies, si sub opinione ministras, cum potes sit certo ministrari. Secundo, vsus Ecclesie prohibens ne forma, & materia minus tuta vtiis in sacramento Baptismi, Confirmationis, & Eucharistie, ex aliquo sine prohibet, non ex alio, nisi ex reuerentia sacramenti debita. Ergo ex hac reuerentia prouenit, vt nullas possit vti materia probabilis, relicta certa. Tertio in rebus ad salutem animæ pertinentibus, hoc ipso grauius quis peccat, quòd certis incerta proponit, vt dixit August. *1. de Baptismo, contra Donatistas, c. 3.* Sed qui vtiut materia, & forma sacramentorum probabilis, relicta certa, iam certo incertum præponit. Ergo peccat.

4 Doctores supradicti dicunt intelligendum esse, neminem scilicet posse vti opinione probabilis de valore sacramenti, relicta sententia certa sine graui necessitate: nam illa irreuerentia licitum esse dicunt vti materia probabilis, relicta certa. Qua ratione licet Baptismum in digito paruo ministrare, quando timeret parualis ex vtro egrediens moriturus. Item licet confirmationem ministrare ex oleo benedicto, non mixto balsamo, cum nullatenus balsamum inueniri potest, & viget occasio. Item licet, & debitum est penitentem exhibentem signa contritionis, & iam mortuum absolueret, nisi nullum peccatum in specie manifestaret. Item licet ministrare Baptismum sub nomine genitoris, geniti, & procedentis ab vtroque. si ex prolatione formæ certæ. Patris scilicet, Filij, & Spiritus sancti mors ministro imminet. In quibus omnibus consentit Ioan. Sanchez *disp. 44. num. 12. in fine, & in princ. cum Anton. Petez certam. 10. scholast. cap. 10. & 13. Salas sect. 27. num. 28.* Suarez *de penit. disput. 16. sect. 6. p. 2.* Periculum enim irritandi sacramentum sufficiens honoratur ratione necessitatis.

5 Secunda sententia, & mihi probabilior assentit in administratione sacramentorum per se licere vti, sicut in aliis materiis, opinione probabilis, relicta probabiliori, seu certa, nisi ab Ecclesia consuetudinem, vel speciale aliquod decretum prohiberetur sit. Hanc probat, & defendit latè, & eruditè Gabr. Valq. *l. 2. quæst. 19. art. 63. cap. 2. & 3. Salas ex eodem quæstion. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 10. num. 96.* sentit esse valde probabile, quamuis

quamvis *sect. 5. num. 9* 6 absolute oppositam sententiam videretur
 detestabile. Anton. Petrez *laurea Salam. de oram. 10. cap. 1. §. 13.*
 de *matrim. disp. 20. num. 4. & lib. 1. in*
Thomas Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 20. num. 4. & lib. 1. in
Decalog. cap. 9. num. 33. Villalobos, tom. 1. sum. tract. 1. §. ffic. 13.
Dealog. cap. 9. num. 33. Villalobos, tom. 1. sum. tract. 1. §. ffic. 13.
Dealog. cap. 9. num. 33. Villalobos, tom. 1. sum. tract. 1. §. ffic. 13.
Dealog. cap. 9. num. 33. Villalobos, tom. 1. sum. tract. 1. §. ffic. 13.
 Leon. lib. 4. de *matrim. cap. 2. §. numer. 9. Salon. 2. 2. quæst. 63. art.*
*4. contr. 2. ad §. probabilem reputat Ioan. Sanchez *usur.*
 44. numer. 10. & alij ab eisdem relati, Moucoi præcipiunt ex ra-
 tione ab inconueniente desumpta: si enim non liceret materia
 ratione ab administratione sacramentorum uti, sed necessa-
 riò adhibenda esset omnino tuta, cum id fieri possit, graue
 non adhibenda esset omnino tuta, cum id fieri possit, graue
 non adhibenda esset omnino tuta, cum id fieri possit, graue
 non adhibenda esset omnino tuta, cum id fieri possit, graue
 non adhibenda esset omnino tuta, cum id fieri possit, graue*

6. Hoc argumentum, meo iudicio, conuincit ex præfata
 religione debita sacramentis, licet quidem vti in eorum ad-
 ministracione opinione probabilis, hoc est materia, & forma
 probabili relicta certa, & securus quia sic operans prudenter opera-
 tum, cum non exponat culpabili periculo irritandi sacramen-
 tum, sed viam moraliter certam tenet. Neque est fundamen-
 tum, vbi cuius affirmatus obligatos esse semper ministrum ma-
 teriam, & formam omnino certam apponere. At quia plurimi
 sunt casus, in quibus Ecclesia vel per consuetudinem, vel per
 speciale decretum mandauit vti materis, & formis certis, reli-
 ctis probabilibus, ideo qui in huiusmodi casibus auderet materia
 probabili vti relicta certa grauius contra religionem peccat.
 Quia ratio, etsi probabilis sit Baptismus valere sub for-
 ma genitoris, geniti, & procedentis ab utroque: at ex vsu
 Ecclesie ministrandas est sub nomine Patris, & Filij, & Spi-
 ritus Sancti: neque est probabile stante hoc vti licitum esse re-
 linquere hanc formam, & alia probabili vti. Item etsi proba-
 bile sit in philosophia, aquam ex herbis extractam non differre
 specie ab elementaria: at non est probabile licere sub illa
 Baptismum ministrare. Similiter etsi probabile sit in sacramen-
 to confirmationis balsamum non requiritur Euchariæ non est
 non esse apponendum, Item in sacramento Eucharistie proba-
 bile est triticum, vulgò *zexteno*, specie non differre a tritico,
 sed esse triticum degeneratum: at probabile non est posse in
 illo consecrari. Quapropter in hac materia, certa regula præ-
 scribi non potest sed per singula sacramenta examinandum est,
 quæ sint ab Ecclesia ratione consuetudinis, vel specialis præ-
 cepti prohibita, quæ non.

7. Ex his infero aduersus Anton. Petrez, & Salas *sect. 10.*
96. nullo modo licere sacerdoti ministrare adultis Baptis-
 mum, sub nomine genitoris, geniti, & procedentis ab utroque,
 quantumcumque ipse conueniat, quia vltus illius formæ non solum
 ex charitate debita proximo debitus est, sed ex præcepto
 Ecclesie ob publicationem fidei, & notitiam claram ipsius. Cum
 enim Baptismus ianus sit Ecclesie, oportet in illo notitiam
 Trinitatis exprimi clarioribus verbis. Similiter etiam infero
 aduersus eundem Doctorem, grauius peccatum sacerdotem
 consecrarem calicem, & limitarem intentionem ad sola illa
 verba, *Hic est calix sanguinis mei*, reliquis verbo tenus prolatis:
 quia obitat vlti communi Ecclesie nomine Christi illa dicen-
 tis, & intendentis omnibus illis consecrationem fieri, quia fortè
 omnia illa necessaria sunt.

8. Nostram sententiam limitat Vasquez, Villalob. Anton.
 Petrez, & vique Sanchez *suprà*, vt intelligatur, quando pars
 probabilis contenta non sit charitatis, & misericordie proximi.
 Dicunt namque te vti non posse materia, & forma probabili
 in administratione sacramentorum, si inde aliquod damnum
 suscipienti sacramentum imminet. Nam si certum, & secura
 remedium posses sine difficultate indigentij ministrare, quo
 titulo debes dubium, & incertum adhibere. illumque sacramen-
 to fortè necessario ad salutem frustrare ob sequendam tuam
 opinionem: fatcor dictam esse legitimum, at limitatio neces-
 saria non est, nullus enim mihi se offert casus, in quo ob
 charitatem proximi tenearis vti sententia omnino certa, & si-
 ne periculo irritandi sacramentum, cum alijs posses illa vti,
 quod opte è notauit Montefinos *1. 2. disp. 29. q. 5. num. 232.*
 Nam quod dicit Ioan. Sanchez *disp. 44. à num. 13. §. Fatcor in-*
genus, mihi nullo modo probatur, affirmat namque ministrum
 peccatum mortaliter, non solum contra charitatem, sed etiam
 contra iustitiam, quotiescumque habens iurisdictionem sub
 opinione probabilis sacramentum ministrat: quin suscipientem
 moneat de incertitudine sacramenti, vt possit alium ministrum
 habentem iurisdictionem certam adire: quia videtur esse con-

tra charitatem suscipientis ministrare sacramentum dubium,
 cum possit habere certum. Ex qua doctrina inferimus inno-
 centius casus, in quibus minister peccaturus est, si suscipiens sacra-
 mentum non moneat de incertitudine, quales sunt, si parochus
 assistit matrimonio contrahentium in aliqua parochia, vel non
 sacerdos: vel matrimonium per metam reuertentem contra-
 ctum absque minis. Item si obtenta approbatione ab alio or-
 dinario, quam loci, in quo ministratur penitentia, auscultet
 confessiones; si præsentem proprio sacerdote simplex sacerdos
 mortitatum absoluat. In his omnibus casibus, & aliis similibus
 ab ipso relatis affirmat ministrum peccatum & contra cha-
 ritatem & contra iustitiam. Solum excipit in sacramento peni-
 tentie se posse excusare ministrum, iurisdictione probabili
 vtemem, si suscipiens sacramentum confiteatur aliqua venialia
 simul cum mortalibus, cum enim circa venialia sit certum, &
 non sub opinione quemlibet sacerdotem iurisdictionem habere,
 efficitur absoluentem de peccatis venialibus, & gratiam conse-
 quentem, consequenter peccata mortalia remissurum, ac proinde
 nullum emouementum suscipiens amittit ex facta confessione,
 quod ex alio quolibet sacerdote obtinere posset.

9. Hanc igitur doctrinam nullo modo abfoluendam censo;
 destruit enim opinionem communem afferentem in omnibus
 illis casibus posse sacramentum non solum validè, sed licitè mi-
 nistrari, neque vltus Doctor, qui talem sententiam docet, exi-
 git: ministro, vt certiores suscipientes faceret de incertitudine
 opinionis, & periculo irritandi sacramentum. Quia quando ad-
 eit probabilis opinio absoluedi à reterariis, à centuriis, as-
 sistenti matrimonio, nullo morali periculo se exponit miuister
 irritum efficiendi sacramentum. Quia licet ex privilegio iuri-
 dictioem non habeat, habet tamen ex tacito consensu Eccle-
 siæ, & ratiuacione de præsentis supplente iurisdictionem, ne
 tot actus irriti sint: na docuit Suarez *4. tom. in 3. part. disp. 26.*
sect. 6. n. 7. & seq. Lect. lib. 2. de iust. c. 29. dnb. 8. n. 68. Villal. 1.
tom. sum. tr. 1. disp. 13. n. 5. fine, Henr. q. lib. 5. de penit. c. 14. n. 3. &
4. in comment. litt. G. Thom. Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 22.
n. 65. & in sum. lib. 1. in Decal. cap. 9. n. 35. Basil. de Leon. lib. 5. de
matr. c. 19. n. 8. & cap. 10. n. 7. & q. d. de Sacram. disp. 8. dnb. 3.
conclus. 6. n. 22. & dnb. 6. n. 47. Bonac. de Sacram. disp. 5. q. 7. §. 4.
n. 4. Filucius tom. 1. tract. 7. cap. 9. n. 227. Omnes enim ij & alij
 affirmant operantem ex opinione probabili se habere iurisdic-
 tionem, illam habere certissimam, sicuti habet qui ex errore
 vulgi, & titulo præsumptio operaretur; ac proinde nullo periculo
 morali irritandi sacramentum exponi. Neque vltus ex iis Doctori-
 bus à ministro requisit, vt moneat penitentem de incertitu-
 dine opinionis: quia ipsi ministro non debet aliud onus imponi
 in administratione sacramenti, quam vt ministrat omni certitu-
 dine qua potest; qui autem solum iurisdictionem probabilem
 habet, solum ex illa potest sacramentum ministrare, vt quid tri-
 go aliud onus est illi ex postulandum: ipse enim suscipiens sibi
 imputat, si sacramentum validè non recipiat, cum possit qua-
 rere ministrum certam omnino iurisdictionem habentem, &
 accedat ad dubium. Quod si dicatur suscipientem ignarum esse
 talis incertitudinis, ac proinde à ministro moneandum; ne-
 scio qua ratione ministro tale onus imponitur magis, quam
 cuiuslibet alteri fidei, cum ipse minister non cogat suscipien-
 tem ad se accedere, & accedenti ministrat sacramentum omni
 certitudine qua potest. Præterea lege charitatis, & præcepto
 correctionis non tenemur ab intellectibus hominum ignorantias
 depellere, quæ non obstant medio necessario ad salutem; at qui
 monitus à Confessario de incertitudine opinionis non tenetur
 alium ministrum certiorum adire. Ergo illa ignorantia incertitudo
 non est de aliquo medio necessario ad salutem, ac
 proinde nullus tenetur ex charitate illum docere, Denique
 aduersus Ioan. Sanch. virgere possumus: quia illa via assu-
 randi sacramentum penitentia, si suscipiens confiteatur ve-
 nialia non est omnino certa. Nam esto quilibet sacerdos ha-
 beat circa venialia iurisdictionem (quod in sententia Salas *1. 2.*
tract. 8. disp. vn. sect. 10. num. 101. & sect. 27. n. 286. non est om-
 nino certum) adhuc non est certum fieri sacramentum, quia
 sapè dolor de peccatis à penitente adductus venialibus non
 obstat; quia non ita purus, & perfectus. Ergo in tali casu mo-
 nendus esset penitens, & cum hic casus semper contingat sem-
 per debet esse moneendus penitens. Præterea cum Confessa-
 rius ante factam confessionem nesciat quæ peccata sibi dicen-
 da sunt, & an veniale aliquod, cuius dolorem habet penitens
 manifestaturus, teneretur sanè semper penitentem mone-
 re de incertitudine sacramenti: quod quidem esset graue onus mi-
 nistris sacramentorum imponere, contra receptam, & commu-
 nem sententiam.

10. Ad argumentum pro prima sententia adducta respondeo.
 Ad primum operantem ex opinione probabili de valore sa-
 cramenti non se exponere morali periculo irritandi illud, ac
 proinde sacramentum non offendit, neque Deum, qui solum
 perit, vt minister inculpabiliter procedat: procedit namque
 quando ex probabili opinione operatur, aliud Ecclesia non
 præcipit. Ad confirmationem respondeo, ministrum obli-
 gatum non esse operari absque vltio periculo irritandi sacra-
 mentum, sed obligatum esse operari absque periculo morali
 irritationis.

DE
 CASTRO
 PALA
 TON

irritationis: qui autem cum probabili opinione operatur nulli se periculo mortali exponit, ac proinde integre debito satisfacit.

Ad secundum respondeo, Ecclesiam in aliquibus casibus prohibere uti materia, & forma probabili, relicta certa, non tam ob reverentiam sacramenti, quam ob alios fines, tum religionis, tum necessitatis fidelium. Et dato quod in aliquibus ob specialem solum reverentiam sacramenti sit ita mandatum; non inde mandatum ad omnes casus debet extendi absque manifesta ratione. Ad tertium dico, D. Augusti, loqui in casu necessitatis graui, tunc in communiter contingentibus. Secundo dico, qui opinionem probabilem certe præponit non incertum, sed certam moratiter certo præponit.

P V N C T U M V I.

An subditus contra propriam opinionem possit, & debeat superiori præcipiente obedire.

- 1 Quid sit certum, quid sub controuersa.
- 2 Licetum tibi est obedire sequendo opinionem probabilem superioris.
- 3 Debes indicare opinionem superioris probabilem esse.
- 4 Communis sententia docet te obligatum esse obedire superiori præcipienti, tamen si imporet rem, quam probabiliter, seu probabilius existimas illicitam esse, vel esse extra eius iurisdictionem.
- 5 Contrarium videtur satis esse probabile.
- 6 Satis fundam. n. 4. adducto.
- 7 Si sub opinione probabili sit superiorum non esse legitimum, adhuc affirmat Sanchez, te esse obligatum in supradicto casu obedire.
- 8 Probabilis est oppositum.

NON est controuersa, quando daretur opinio probabilis ex parte subditi, quod non teneatur obedire, etiam si contraria sit probabilior: tunc enim licitum est ex supradictis amplecti, quæ sibi gratior fuerit, & ita norauit in præsentia Thom. Sanchez. l. 6. in Decalog. cap. 3. num. 7. Sayrus clausi regia lib. 1. cap. 12. n. 6. Torres de iustit. disp. 50. dub. 5. n. 9. Ioan. Sanch. disp. 33. num. 28. Pet. de Nauarra l. 3. de restit. p. 3. dub. 23. n. 239. fin. Neque obstat superiorum tunc iuste præcipere, ut tu tenearis obedire, quia non vndequaque iuste præcipit, sed probabiliter, ac proinde tu probabiliter solum obligatus eris obedire, & probabiliter deobligatus. Ex ignorantia enim, & diuersitate opinionum hæc diuersitas in operando oritur, ratione cuius datur bellum iustum ex utraque parte. Controuersia ergo solum est, an quando existimas probabiliter rem tibi imperatam illicitam esse, possis, & tenearis obedire?

2. Negat te posse in supradicto casu obedire. Adrian. quod l. 2. p. 3. qua ageres contra propriam conscientiam.

Sed hæc sententia merito ab omnibus reicitur. Si enim, ut supradictum est, relicta propria opinione probabiliori licet tibi amplecti alio, tum opinionem probabiliorem, quare non poteris opinionem probabilem superiorum amplecti. Et ita tenet Cordub. 99. q. 3. q. 96. Anton. Perez certam. 10. scholast. n. 115. Valq. disp. 62. cap. 6. Azor. lib. 2. c. 1. quest. 9. c. 19. q. 6. Thom. Sanchez lib. 6. in Decal. 3. n. 6. Salas 1. 2. tract. 8. disp. unic. sect. 8. n. 76. & constat manifestè ex Augusti. relato in c. quid culpatur, 23. quest. 1. ibi. Vir iustus si forte sub rege homine etiã sacrilego, militet, rectè potest illo inuente bellare, si quod sibi iubetur, vel nõ esse contra Dei præceptum certum est, vel non utrum sit, certum non est. Ecce qua ratione dicit Augusti. posse subditum superiori obedire, quoties illi certò non constat esse contra Dei præceptum. Idemque probari potest argum. c. si virgo, 34. q. 2. ibi: Si virgo nupsit nesciens viro alieno si semper nesciat, nunquã ex hoc adultera erit, si autem sciat, ex tunc adultera esse incipit. Ergo conscientia de nullitate iuri alterius requiritur, ut non possis illi conformare.

3. Debes tamen, ut possis contra propriam opinionem operari, eformare iudicium practicum de probabilitate opinionis superioris: quia necessariò debes iudicare saltem probabiliter, tibi esse licitum hic, & nunc obedire; aliàs contra propriam conscientiam regulantem actiones procederes: & ita docuit Valq. disp. 62. c. 6. n. 32. c. 33. & Azor. lib. 2. c. 17. quest. 9. Hoc autem iudicium existimant supradicti Doctores non debere subditum desumere, ex eo quod superior sit, & præcipiat: neque enim dignitas præcipientis facit probabilem opinionem eius quod præcipit, sed quia aut subditus scit ab aliis Doctoribus illud ut probabile haberi, vel superiorum doctum, & prudentem esse, qui nisi probabiliter ductus rem illam non præcipiet: quod semper existimandum est, quotiescunque de iniustitia præcepti non constat consentit Villalobos 1. tom. sum. tract. 2. disp. 11. n. 3. neque dissentit Thom. Sanch. supra n. 6. et si videatur contrarius.

4. Maior difficultas est, an tenearis obedire, cum tibi superior imperat rem, quam probabiliter, (sa probabilius existi-

mas esse illicitam, vel esse ex his, quæ sunt extra eius iurisdictionem? Communis sententia est te obligatum esse obedire: ita Valquez 1. 2. disp. 62. c. 6. cum Corduba l. 3. q. 9. initio. Salas tract. 8. disp. un. sect. 8. n. 76. Syluest. verb. conscientia. q. 3. Sayrus l. 3. in clausi regia, cap. 12. n. 2. Anton. Perez certam. 10. scholast. num. 115. Thom. Sanchez lib. 6. in Decal. c. 3. n. 3. Villalobos 1. 1. sum. tract. 1. disp. 11. n. 3. Azor. tom. 1. lib. 2. in iust. c. 17. quest. 9. & alij.

Hanc sententiam probant Doctores communiter. Primò, in supradicto casu potes obedire. Ergo tenearis ei obedire: quia subditus tenetur parere, quoties absque peccato id facere potest. Et confirmo. Superior habet ius præcipiendi cum saltem ex probabili ratione moueatur. Ergo tenearis ei obedire; aliàs non leuis esset consilio inter superiorum, & subditum, nullaque communis gubernati posset, si ob probabilem opinionem subditus exculandus esset ab obedientia, teneanturque superiores numquam præcipere, nisi euidenti iustitia ducti, cæque inferioribus manifestata: quod videtur esse contra Aug. in cap. quid culpatur, 23. q. 1. Hæc tamen rationes efficaces non sunt æque enim militant in casu quo subditus probabiliter opinaretur non esse obligatum obedire, tunc, inquam, & superior præcipere potest, & tamen ipse non tenetur parere neque obinde consilio aduenit communitati, cum quilibet iure proprio utatur, & casus non sint ita frequentes: non enim ita frequenter contingit probabile esse, rem imperatam illicitam esse, vel excedentem superioris iurisdictionem, ut possit subditus ab obedientia excusari. Ratio efficax huius sententiæ ea est. Superior eo ipso, quo superior est, ius imperandi habet non solum quæ clarè sunt licita, & honesta; sed ea quæ sub opinione honesta sunt. Quod constat ex supradicto c. quid culpatur, ubi Augusti. solum expostulat, ut possit superior præcipere, & possit subditus obedire, quod certum non sit rem imperatam esse contra Dei præceptum. Ergo si certum est superiorum in tali casu habere ius imperandi, etiam debet esse certum, obligandum esse subditum, cum hæc correlatiua sint. Et confirmo. Et si probabile sit coniugi matrimonium bona fide contractum inualidum esse, non tamen videtur probabile de obligatum esse reddere debitum petenti, aliàs licet spoliare possidentem iure acquisito ob probabilem opinionem. Ita videtur dicendum in præsentia, Et si probabile sit rem imperatam illicitam esse, vel excedentem limites rerum, quas superior imperare potest. At non videtur probabile te posse non obedire, si imperetur, sicuti si probabile tibi esset rem à me possessam esse tuam, non tamen ex hæc probabilitate me poteris illa spoliare.

5. Verum etsi hæc communis sententia in praxi semper consulenda sit, audeo tamen affirmare valde probabile esse te obligatum non esse superiori præcipienti obedire, quando opinionem habes probabilem illicitam rem esse imperatam, vel excedentem eius iurisdictionem. Moueor primò licitum subditio est non parere superiori præcipienti, quando est opinio probabilis non esse obligatum parere, sed quando est opinio probabilis, non esse licitum quod imperat, vel esse extra eius iurisdictionem, est opinio probabilis non esse obligatum parere. Ergo. Probo minorem: quia probabilitas opinionis de obligantis subditum obedire, in nullo alio capite efficaciori fundari potest, quam in eo, quod probabile sit rem imperatam illicitam esse vel extra superioris iurisdictionem. Et confirmo: ideo quando est probabilis opinio non teneari subditum obedire, deobligatur subditus ab obedientia in sententia Thom. Sanchez, quia possessio superioris in illa materia vocatur in dubium, sed similiter vocatur in dubium potestas superioris, cum probabilis est opinio illicitum præcipere, aut eius iurisdictionem excedens. Ergo. Secundo, nunquam superior fuit in possessione imperandi illicitum, aut excedens eius iurisdictionem, ut ex ipsis terminis constat. Sed est probabile hoc esse illicitum, vel excedens eius iurisdictionem. Ergo est probabile non habere superiorum ius præcipiendi. Ergo est probabile non teneari subditum obedire. Tertio, non potest superior stricte obligare subditos suo præcepto; quam Christus Dominus, & Ecclesia obligat suis præceptis, sed quoties aliquis iudicat probabiliter sub materia præcepta rem aliquam non contineri, illa non obligatur: hæc enim ratione non tenetur quis facere peccatum, quod probabiliter, ratione credit non esse mortale, vel esse iam confessum, ut multis allegatis docet Thomas Sanchez l. 1. in Decalog. cap. 10. num. 76. quia licet præceptum de confessione integre faciendi possideat, ab illo tamen excusatur sequendo opinionem probabilem: quia in tali casu probabiliter existimat non possidere. Ergo licet superior ius habeat præcipiendi, quia tamen non habet ius certum præcipiendi, quod est probabiliter illicitum, sed solum habet ius probabile, ideo subditus probabiliter deobligatur.

6. Ex his patet solutio rationis adductæ pro communi sententia. Dicimus namque superiorum habere ius præcipiendi quod est licitum certò & indubitabiliter; quod vero sub opinione tarum licitum est, etiam sub opinione ius habet. Quapropter D. Augustinus in cap. quid culpatur, nunquam dixit teneari subditum Regi præcipiente obedire, quoties certum tibi